UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Scriptura sacra

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…ēm pariter rerum ſunt omnibus apta,
…manes ex æquo ducitur vlla iugo.

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

…quicquid literis mandatur, id commendari omnium e-
…lectione decere. *Cic.2.Tuſc.*
…m ſine delectatione negligo. Mandare quenquam lite-
…nes ſuas, qui eas nec diſponere nec illuſtrare poſſit, nec
…e aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter
…otio & literis: *Idem 1. Tuſc.*
…m vlibet non poſſum ſcribere, vt poſſum non libet.

…nti magiſtri ſunt. *Gel.l.14.*
…ſcribere magno vſui eſt. *Salluſt.*
…ſcribenti mentiri turpe. *Cic. in Sall.*
…bertam malus eſt, qui non aliqua parte proſit.
…nobis denegatur diu viuere: relinquamus aliquid quo
…teſtemur.
…ſcribendum ſubinde. *Plin.Iun.lib.2.epiſt*

Deſcriptorum fama DIAL. XLIV.

Franſc. Petrarch.

GAVD.

…od ipſe libros ſcribo? R. Morbus publicus, contagio-
…bilis. Omnes ſibi vſurpant ſcribendi officium quod pau-
… Vnus hoc correptus malo, multos inficit, æmulari enim
…mitari arduum, vnde in dies creſcit ægrotantium nume-
… vis ægritudinis ingraueſcit, quotidie plures, quotidie
…ibunt, quoniam ſequi facilius quam aſſequi, ſcitum reque
…m, & cum tempore clarius eſt illud ſapientis Hebræorum
…plures libros nullus eſt finis. G. Scribo. R. Suis vtinam ſe fi-
…erent homines, rerumque ordo conſtaret, qui mortalium
…e confunditur, ſcriberent qui ſciunt, & qui poſſunt, alii le-
…audirent, ita ne parua enim animi voluptas intelligere
…manus ad calamum præſumptuoſa feſtinet, & quiſquis libri
…m intellexit, ſeu intellexiſſe viſus eſt, ſibi illico libros ſcri-
…idoneus, hæreret vtinam memoriæ vnum Ciceronis
…m in Tuſculani ſui veſtibulo, ne quem lateat claro ſcili-
… loco poſitum: fieri enim, inquit, poteſt, vt recte quis
…, & id quod ſentit eloqui polite non poſſit, & ſequitur: Sed
…quenquam cogitationes ſuas literis, qui eas nec diſpone-
…ſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, ho-
…intemperanter abutentis & ocio, & literis. Sunt quidem
…ana iſta veriſſima, ſed ea iam vſq; adeo vulgaris abuſio eſt,
…non ſibi vni dictum putet, quod illi olim ſacratiſſimo exuli,
… de ſcribentibus riuulis, ſed de ipſo veri fonte potauerat quæ
…, dictum eſt & ſæpius repetitum, ſcribet, cui præcepto con-
…res præceptorum omnium omnes obediunt, omnes ſcri-
…, quod ſi in his qui alienos ſcribunt libros magni diximus eſſe
…, quanti putas in his qui proprios recenteſq; quibus dubias
…natas mundo inuehunt diſciplinas? Seu quod in his ma-
…leuiſſimum ſtylo obtundunt incondito & agreſti, ſic vt cui
…ingenii iactura ſaltem temporis laborque aurium tædium-
… decrit. Hic veſtrarum hodie non alius fructus inuentionū,
…ficere, aut afficere, reficere autem aut nunquam aut perraro:
… tamen aſſidue libros ſcribunt, nec vlli ætati tanta vel ſcri-
… vlli ætati tanta vel ſcribentium, vel differentium copia,
…entium atq; eloquentium fuit inopia. Horum de libris ac-
…, quod ibidem Cicero idem ait. Itaq; ſuos libros, inquit, ipſi le-
…m ſuis: nec quiſquam attingit præter eos, qui eandem ſcri-
…licentiam ſibi permitti volunt, quod quidem Ciceronis, &c.
…Ciceronis libros, aut Varronis enumeret? Quis Titi Liuii, aut
…opera metiatur? Græcorum vnus ſex millia librorum edidiſſe
…. O ardentem ſpiritum! ſi vera res eſt. O longum ocium ac
…quillum. Certe ſi vnum duoſue aut omnino paucos libros be-
…ſcribere multi negotium eſt laboris, tot vnum millia ſcripſiſſe
…tam facile eſt credere, quam mirari. Summi tamen atteſtantur
…res, quibus non credere durum ſit, quiq; hunc numerum non
…ſibi, nec viſu ſolo, ſed eorum librorum lectione compertum
…, quos ſi vnum omnes legere potuiſſe mirabile, quanto mira-
… eſt ſcripſiſſe? Longum eſt enumerare qui viri apud nos, qui
… apud Græcos, & quæ ſcripſerint, quorum nullus ad plenum
…orum fortunatus fuit. Sed horum aliqua, illorum autem
…magna pars, quorundam omnia periere. Tu de tuis quid præſagia-
…. G. Scribo, & ea mihi interim voluptas vnica. R. Si vt ingeni-
…exerceas, ſcribendoq; aliis te doceas, ſi vt obliuiſcaris temporum
…teritiq; memoria præſens tædium effugias excuſo, ſi vt ſcribe-
… morbo quidem occulto & inſanabili medeare, miſereor. Sunt
…q; (ſi neſcis) qui non ſcribunt niſi quia nequeunt deſinere, &
…ex præcipiti decurrentes volenteſque ſubſiſtere rapiunt. G.
Scribendi impetus ingens eſt. R. Melancholiæ ſpecies infinitas fe-
runt alii lapides iactant, alii libros ſcribunt, huic ſcribere furoris ini-
tium eſt, huic exitus. G. Scripſi multa & ſcribo. R. Si poſteris profutu-
rus, nihil ſatius, ſi tibi nudum nomen quæſiturus, nihil vanius. G.
Multa ſcripſi, R. O præclaram inſaniam! & mirantur ſi membranæ
ſolito chariores ſunt. G. Scribo, & hinc famam ſpero. R. Dixi iam,
melius forſitan arares aut foderes, meſſem ſperans. Humi enim tu-
tius, quam in vento ſeritur. Atqui famæ ſtudium & pertinax ſcriben-
di opera, vt quoſdam claros, ſic innumerabiles ſtultos atq; inopes in
ſenium miſit, nudoſq; & loquaces ſpectaculum vulgo fecit. Ecce
dum ſcribitis, melioribus curis idoneum tempus elabitur. Extra vos
rapti, ſopitiq; non aduertitis, donec ſero vos ſenectus excitet ac pau-
pertas. G. Scribo tamen famæ cupidus. R. Mirum ſtudium de labore
ventum quærere. Certe ergo ventos optare nauticum putabam.

Sriptura ſacra.

DEFINITIO ET ETYMOL.

SCriptura ſacra, Græce ἱερογραφὴ, ῆς, ἡ, dici poteſt. Sacra ſcriptura dicitur ſancta tripliciter: ſcilicet à Spiritu ſancto à materia, & ab effectu *ſecundum B. Thom ſuper Epiſt. ad Rom. lect. 2. col. 1.*

Scripturæ ſacræ effectus quadruplex: ſcilicet docere veritatem, arguere falſitatem, eripere à malo, inducere ad bonum, & perducere ad perfectum. *ſecundum eundem ſuper ſecundam ad Timoth. 3. fin.*

LOCI BIBLICI.

Scriptura ſacra ἀντονομαστικῶς pro ſcripturis ſacris Propheticis & apoſtolicis, *Ioan.* 20.9. pro lege, *Galat.* 3.22. ſcriptura ſacra vnde ſit & quis eius vſus, *Exod.* 17.14 & 34.27. *Deuter.* 4.1. & 17.18. & 31.9. *Ioſu.* 1.8. & 34.16. *Iere* 3.20. & 36. v. 2.10. & 45.1. *Baruch.* 1. v. 14. & 41. *Daniel.* 10.21. *Matth* 4. v. 4. & 22.29. *Luca* 4. *Verſ.* 4. & 16.29. *Ioan.* 5. 39. & 10.44. & 20.30. *Act.* 15.21. & 17.11. *Roman.* 1.2. & 4.23. & 15.4. 1 *Corinth.* 9 *verſ.* 9. & 10.11. & 15.3.2. *Timoth.* 3.15. 2. *Petr.* 1.20. & 3.1. *Apocal.* 1.10. ſcriptura ſacra authore Deo tradita, *Exod.* 20.1. & 34.1. data Angelorum miniſterio, *Actor.* 7.53. *Galat.* 3.19. *Hebr.* 2. *Verſicu.* 2. per Spiritum ſanctum data, *Actor.* 2.4. 2. *Petr.* 1.21. ſcriptura ſacra ſatanæ & hominum tentationibus opponenda, *Matth.* 4.7.10. & 5. 18. & 9.13 & 12. *verſicul.* 3.5.7. & 15.4. & 19 4 & 21.13. *Luc.* 9. 46. *Matth.* 21 42. & 22. *verſicul.* 31.32. & 24.35. *Marc.* 7.10.10. *verſicul.* 5. 7. & 12.10. *Luca* 4. *Verſic.* 4. & 10.26 & 20. *Verſic.* 17.42.21.33. *Ioann.* 10. *Verſ.* 34.35. *Actor.* 2 25. & 8.30. & 15. *verſic.* 15. & 11.11. & 18. *Verſic.* 24.28.

Scripturæ abuſus *Luca* 4.10. ſcripturæ cognitio à Chriſto, *Luca.* 24. v. 45.46. ſcripturæ corruptores puniendi, 2. *Petr.* 3.16. ſcripturæ expoſitio plebi quam neceſſaria, *Prouerbior*, 29.18. ſcripturæ finis præcipuus, *Rom.* 15.4. ſcripturæ ignoratio, erroris cauſa, *Matth.* 22. 29. *Marc.* 12.24. ſcripturæ lectio piis neceſſaria eſt, *Ioan.* 5.39. *Rom.* 15. 4.1. *Theſſalonic.* 5.20.1. *Timoth.* 4.13. *Hebr* 5.14.2. *Petr.* 19. & 3. v. 15.16. *Exempla*: Moyſes. *Exod.* 31.18. Iſraelitæ, *Nehem.* 9.3. Daniel. *Daniel.* 9.2. Ionathas & ſeniores Iudæorum, 1. *Machab.* 12.9. Chriſtus, *Luc.* 4. *Verſicul.* 16.12. qui ſcripturæ ſacræ authoritate confudit Satanam, *Matth.* 4. v. 4.7.10. Phariſæos 12. v. 1.2 3. &c. & ſerio eius lectionem commendat, *Ioann.* 5.95. Eunuchus Candaces reginæ, *Actor.* 8.28. Berroenſes, 17. *verſ.* 10. v 11. Apollos, 18. *Verſic.* 24.25. Timotheus, 1. *Timoth.* 4.13.2.3. v. 14.15.16. Scripturæ præſtatio ſeu adimpletio neceſſaria, *Matth.* 5.18. & 14.34 & 26. v. 54.56. *Luc.* 21.22. & 22.37. & 24. v. 44.46. *Ioan.* 10.35. & 12. v. 16.38. & 13.18. & 15.25. & 17.12. & 19. v. 24.28 36.37. *Act.* 1.16. & 3.18 & 13.27.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

ſcriptura ſacra in veritate radicatur.

Iuſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis prauum quid neq; peruerſum: recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. *Prou.* 8.

Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. Ne addas quicquam verbis illius, ne te redarguat, inueniariſq; mendax 30.

Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos. *Luc.* 18.

Amen, amen, dico tibi, quia quod ſcimus, loquimur: & quod vidimus, teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis. *Ioannis* 3.

Sermo tuus veritas eſt. *Ioan.* 17.

Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius. 21.

De qua ſalute exquiſierunt atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes, in quod vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prænuntians

eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias, quibus reuelatum eſt, quia non ſibimetipſis, vobis autem adminiſtrabant ea, quæ nunc nuntiata ſunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis Spiritu ſancto miſſo de cœlo, in quem deſiderant Angeli proſpicere. 1 *Pet.* 1.

Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetiam, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines, 2. *Petri primo.*

Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libris huius, auferet Deus patrem eius de libro vitæ *Apoc.* 22.

Ad bonitatem adhortatur.

Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iudam, & omnes gentes, *Iere.* 36.

Væ vobis legiſperiti! qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis. *Luc.* 11.

Si Moyſen & Prophetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexit, credent. 16.

Si crederetis Moyſi, crederetis forſan & mihi: de me enim ille ſcripſerit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? *Ioan.* 5.

Hæc omnia in figura contingebant illis: ſcriptura ſunt autem ad correptionem noſtram. 1. *Cor.* 10.

Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, arguendum, & corrigendum in iuſtitia, 2. *Tim.* 3.

Qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe habent. *Act.* 17.

Vehementer Iudæos reuincebat publice, oſtendens per ſcripturas, eſſe Chriſtum Ieſum. 18.

Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. 2. *Pet.* 1.

Hanc, ecce vobis chariſſimi, ſecundam ſcribo epiſtolam, in quibus veſtram excito in commonitione ſynceram mentem, vt memores ſitis eorum, quæ prædixi, verborum a ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum, præceptorum Domini & Saluatoris. 3.

Virtuoſis manifeſtatur.

Qui quærit legem, replebitur ab ea, & qui inſidioſe agit, ſcandalizabitur ab ea. *Eccl.* 32.

Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum, illis autem non eſt datum. *Matth.* 13.

Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. *Lucæ* 8.

O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ! Et incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. *Idem* 24.

Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas. *Ibidem.*

Scrutamini ſcripturas. *Ioan.* 5.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet doctrina vtrum ex Deo ſit. 7.

Vitioſis obuelatur.

Tu Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia. *Danielis.* 12.

Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſignatique ſermones vſq; ad tempus. Et impie agent omnes impii, neq; intelligent omnes impii: porro docti intelligent. *ibid.*

Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum, qui ex DEO eſt: vt ſciamus, quæ à DEO donata ſunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritualia ſpiritualibus comparantes. 1. *Corinth.* 2.

Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei: ſpiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Nos ſenſum Chriſti habemus. *ibid.*

Litera occidit, Spiritus autem viuificat. 2. *Cor.* 3.

Si enim opertum Euangelium noſtrum: in iis qui pereunt, eſt opertum: in quibus Deus huius ſeculi excœcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. 4.

In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. 10.

Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita. 2. *Timoth.* 2.

Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. 3.

Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetica ſcriptura non ſit priuatæ interpretationis. 2. *Pet.* 1.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſq; ad decrepitam [illegible] ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio [illegible] addiſcere in quibus latet altitudo ſapientiæ, vt animoſiſſimis [illegible] tiſſimis, flagrantiſſimiſq; cupiditate diſcendi hoc contingat [illegible] eadem ſcriptura quodam loco habeat. Quum conſummauerit [illegible] mo, tunc incipit. *Auguſt.* 8. *epiſt. ad Voluſia.*

Modus ipſe diſcendi, quo ſacra ſcriptura contexitur, quam [illegible] mnibus acceſſibilis, pauciſſimis tamen penetrabilis. Nam quæ [illegible] ta continet, ea quaſi amicus familiaris ſine fucco ad cor loquitur [illegible] doctorum, atq; doctorum. Ea vero, quæ in myſteriis occulta [illegible] quio ipſo ſuperbo erigit, quo non audeat accedere mens [illegible] la, & ineruditа, quaſi pauper ad diuitem: ſed inuitat omnes [illegible] ſermone, quod non ſolum manifeſta, ſed etiam ſecreta exerce [illegible] ritate, hoc in promptis, quod in reconditis habens. Sed ne [illegible] faſtidiretur eadem rurſus aperta deſiderantur, deſiderata qu [illegible] modo renouantur, renouata ſuauiter intimantur, his ſalubr [illegible] praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna obleсtan [illegible] genia. *ibid.*

Quæ diſputationes, quæ literæ quorumlibet philoſoph [illegible] quæ leges quarumlibet ciuitatum duobus præceptis ſunt [illegible] randæ: ex quibus Chriſtus dicit totam legem & Prophetas p [illegible] huiuſmodi: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde [illegible] ximum tuum ſicut teipſum: Ab his enim duobus mand [illegible] pendet, & Prophetæ. *ibid.*

Hic philoſophia: quoniam omnes omnium naturarum ca [illegible] Deo creatore ſunt. Hic ethica: quoniam bona vita & honeſta [illegible] liunde formatur, quam quum ea, quæ diligenda ſunt, & quem [illegible] modum diligenda ſunt, diliguntur. hoc eſt, Deus proximus. Hic [illegible] gica: quoniam veritas lumenq; animæ rationalis non niſi [illegible] Hic etiam laudabilior Reipublicæ ſalus: neq; enim optime [illegible] tur ciuitas, niſi fundamento & vinculo fidei, firmæque concordiæ [illegible] quum bonum commune diligitur, ſummum atque veriſſ [illegible] Deus eſt. *ibid.*

Afferamus diuinam ſtateram de Scripturis ſanctis, & in illa [illegible] ſit grauius appendamus. *idem de bapt. contra Donat.*

Dominus nihil credi voluit aduerſus confirmatam ſcripturarum authoritatem. *Contra Fauſt. l.* 13. *c.* 5.

Scriptura & creatura ad hoc ſunt, vt ipſe quæratur, ipſe diligatur [illegible] & qui ipſam creauit, & qui illam inſpirauit. *l.* 2. *de Trin.*

Hæc ſcientia nihil præcipit, niſi charitatem: nihil culpat niſi cupiditatem. Quicquid ergo ad hoc pertinet, proprium eius. Quicquid autem ad hoc non pertinet, fictum eſſe cognoſcas. *lib.* 3. *doctrina Chriſtiana.*

Sic loquitur Scriptura, vt altitudine ſuperbos irrideat, profunditate attentos terreat, virtute magnos paſcat, affabilitate paruos nutriat, *lib.* 2. *in Gen. c.* 19.

Quicquid homo extra didicerit ſi noxium eſt, hic damnatur [illegible] vtile eſt, hic inuenitur: & cum ibi quiſq; inuenerit omnia quæ [illegible] tiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ [illegible] quam alibi inueniri potuit. *lib. de doctrin. Chriſt.*

Ciuitatem Dei dicimus, cuius ſcriptura ea teſtis eſt, quæ non [illegible] fortuitis animorum motibus, ſed plane ſummæ prouidentiæ diſpoſitione ſuper omnes omnium gentium literas, omnia [illegible] humanorum ingeniorum diuina excellens authoritate ſubiecit. *de ciuit. Dei. l.* 11. *c.* 1.

Canon eccleſiaſticus conſtitutus eſt, ad quem Prophetarum & Apoſtolorum libri pertinent, ſecundum quos de cæteris [illegible] & infidelium iudicemus. *Contra Creſconium lib.* 2.

Maior eſt huius ſcripturæ authoritas, quam omnis humani ingenii perſpicacitas. *lib.* 15. *ſuper Gen. ad literam.*

Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminenſe tanquam [illegible] caturus proferre concilium: nec ego huius authoritate [illegible] lius detineris Scriptuarum authoritatibus res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione certet. *contra Maximum lib.* 3. *cap.* 14.

Nec catholicis Epiſcopis conſentiendum eſt, ſicubi fallantur [illegible] contra Canonicas Scripturas aliquid ſentiant. *De Vnitat. Eccl. c.* 10.

Si in Scriptura ſacra tantum eſſent, quæ faciliime intelligerentur, nec ſtudioſe quæreretur, nec ſuauiter inueniretur veritas [illegible] *ra relig.*

Ad dignitatem ſcetipturæ pertinet, vt ſub vna litera multos ſenſus contineat: vt ſic diuerſis intellectibus hominum conueniens [illegible] quiſq; miretur, ſe in diuina ſcriptura poſſe inuenire veritatem [illegible] mente conceperit, ac per hoc facilius contra infideles defen [illegible] ſi aliquid, quod quiſq; ex ſacra ſcriptura velit intelligere, falſum apparuerit, ad alium ſenſum recurſum poſſit habere. *ibid.*

Quilibet lector, qui expoſiturus ſacram ſcripturam aggreditur [illegible] quum in ſacrarum voluminibus literarum, aliqua velut [illegible] onante ſententia ſollicitatur, certa & inconcuſſa fide tenere debet [illegible] nuſquam deeſſe veritatem, etſi non facile propter magnitudinem rei intellectibus quærentibus occurrit. *de prædeſt. gratiæ in princ.*

Sanctarum ſcripturarum authoritatibus colla ſubdenda ſunt [illegible] ad intellectum quiſq; per fidem veniat. *de bapt. parn.*

…, ſi diuinarum ſcripturarum vacillet authoritas. …bante, etiam ipſa langueſcit. *De doctrina Chriſtia-*

…ſanctæ & diuinitus inſpiratæ ſcripturæ ad veritatis in- *…Athen. cont. idol.*

…, ſi eis, quæ ſcripta ſunt, contenti ſimus. *Hilarius de*

…m ſcripturarum eloquia diſcutere ac polire debemus, to… corde verſantes, vt ſuccus ille ſpiritualis cibi in omnes …diffundat. *Amb. lib. de Cain, & Abel.*

…ione diuina vice ſpeculi, fœda corrigendo, pulchra con… pulchriora faciendo: ſcriptura enim ſpeculum eſt, fœ…, & corrigi docens. *Hieronymus in epiſtol. ad Da-*

…ptuæ diſputantem non decet Ariſtotelis argumenta …: nec ex flumine Tullianæ eloquentiæ ducendus eſt ri… Quintiliani floſculis & ſcholari declamatione mul… pedeſtris & quotidianæ ſimilitudinis, & nulla lucubra…ſor oratio neceſſaria eſt, quæ rem explicet, ſenſum ediſ… manifeſtet. *Epiſt. ad Democr.*

…Apoſtolum Paulum Chriſtus Dei virtus eſt, & Dei ſa… qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem eiuſque ſa… Ignorantia ſcripturarum ignorantia Chriſti eſt. *In*

…Chriſti in toto orbe Eccleſias poſſidens, ſpiritus vnitate …eſt, vt habet vrbes Legis, Prophetarum, Euangelii & Apo… Non eſt egreſſa de finibus ſuis, id eſt, de ſcripturis ſanctis …c. 1.

…que authoritate & teſtimoniis ſcripturarum, qua tradi…blica ſponte confingunt, percutit gladius verbi Dei. *in*

…io legis eſt, non ſolum in legendis ſcripturis, ſed in his …ſcripta ſunt faciendis. *in Pſal. 1.*

…& viri, ſolent & monachi, ſolent & mulierculæ hoc inter …tamen, vt qui plus ediſcunt ſcripturas, in eis ſe putent …es. *in Pſal. 22.*

…didicit, qui plus facit. Cæterum, ſi quod tu ediſcis, ego …ea opera ſcripturas tenent, quam tuus ſermo, qui va… *ibid.*

…Apoſtolis, quodcunque poſtea dicetur, abſcindatur, nec …authoritatem, *in Pſ 86.*

…quid de ſcripturis authoritatem non habet, eadem facilita…, quo probatur. *in Matth. c. 23.*

…d dicitur abſque ſcriptura, auditorum cogitatio claudicat. *…Pſal. 5.*

…ſcripturæ diuinæ ſemper in manibus, & iugiter mente vo… nec ſufficere tibi putes mandata Dei memoria tenere, & o… obliuiſci ſed ideo illa cognoſce, vt facias quicquid di… Non enim auditores legis iuſti ſunt, ſed factores, &c. *ibi-*

…Euangelium præconizauerunt, poſtea vero per Dei …em in ſcripturis nobis tradiderunt, fundamentum & co…m fidei noſtræ futurum. *Iren. l. 3. c. 1.*

…hæreticis, quæ cum Ethnicis ſapiunt, vt de ſcripturis ſolis …es ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt. *Tertull. de reſurr.*

…is neceſſe eſt ſcripturas ſanctas in teſtimonium vocare: ſen… noſtri & enarrationes ſine his teſtibus non habent fidem. *…lerem.*

… omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum: ſic o… qui fuerit extra ſcripturam, non eſt ſenſus. *in Matthæ…l. 25.*

…ifeſtiſſimum infidelitatis argumentum, ſignumque ſuper…ſſimum, ſi quis eorum, quæ ſcripta ſunt, aliquid velit reii…eorum, quæ non ſcripta ſunt, introducere, cum Dominus …dicat; Oues meæ vocem meam audiunt, alienum autem non …. *Baſil. tr. de vera ac pia fide.*

Quicquid vel dicimus vel facimus, id teſtimonio diuinarum li…confirmari debet. *Idem in mo. regula 26.*

…omne, quod ex fide non eſt peccatum eſt, fides autem ex audi…us autem per verbum Dei: ſine dubio quum quicquid extra …m ſcripturam fit, ex fide non fit, id peccatum eſt.

…mus arbitratu inſpiratæ à Deo ſcripturæ, & apud quos inue…tur dogmata diuinis oraculis conſona, illis omnis veritatis ad…ſententia. *idem epiſt. 80.*

…orum, quæ apud nos in vſu ſunt, tam verborum quam rerum, …e tradita ſunt, in ſcripturis, alia prætermiſſa, ſcripta nul…modo omittenda ſunt: de iis autem, quæ prætermiſſa ſunt, regu…habemus à Paulo traditam; Omnia mihi licent, ſed non omnia …diunt. *in reg. breuiorib.*

Noli contra diuina teſtimonia colligere calumnias ex epiſcopo…ſcriptis, vt Hilarii, Cypriani, &c. quia hoc genus literarum ab …authoritate canonis diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur, vt …ſentire non liceat, ſicubi forte aliter ſenſerint, quam veritas …tulat. *Auguſt. epiſt. 48. ad Vincent.*

Ego ſolis iis ſcripturarum liberis, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, vt nullum eorum authorum ſcribendo aliquid erraſſe, firmiſſime credam. alios autem ita lego vt quantalibet ſanctitate doctrinæ præpolleant, non ideo verũ putem, quia ipſi ita ſenſerunt: ſed quia mihi vel per illos authores canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt. *idem epiſt. 19. ad Hieron.*

Non omnia, quæ fecit Dominus, ſcripta ſunt, ſed quæ ſcribentes putauerunt ſufficere, tam ad mores, quam ad dogmata. *Cyrill. in Ioan l. 12. c. 68.*

Diuinas ſcripturas ſæpius lege, imo nunquam de manibus tuis ſacra lectio deponatur, in ſcripturis diuinis, per quas ſolas potes plane Dei intelligere voluntatem: prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, ſuaderi nonnulla prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, ſuadentur perfecta. *Gregor. in Mor.*

Scriptura ſacra mentis oculis quaſi ſpeculum quoddam opponitur, vt ibi interna facies noſtra videatur: ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra conſpicimus, ibi ſentimus, quantum proficimus, quantumue à profectu longe diſtamus, *Greg. in prologo mor.*

Omnem ſcientiam atq; doctrinam ſacra ſcriptura tranſcendit, vt taceam, quod vera prædicat, quod ad cœleſtem patriam inuitat, quod à terrenis deſideriis cor legentis reuocat, quod dictis obſcurioribus fortes exercet, & paruulis humili ſermone blanditur. Nec igitur clauſa eſt, vt paueſci debeat, nec ſic patet, vt vileſcat, ſed vſu faſtidium tollit, & tanto plus diligitur, quanto amplius meditatur. *In Moral.*

Tanta ac talis eſt diuinæ ſcripturæ ſublimitas, vt non ſolum verba, quæ à ſanctis vel ab ipſo Domino dicta referuntur, ſed etiam circunſtantiæ rerum, quæ ſimpliciter poſitæ videntur, ſpiritualibus ſint plenæ myſteriis. *in homil.*

In ſcripturis ignorans inuenit quid diſcat, contumax quid timeat, laborans præmia, puſillanimis medic…is iuſtitiæ cibos, qui etſi pinguem non faciunt animam, mori tamen non permittunt. Qui autem magni eſt animi, inuenit ibi ſpirituales eſcas, quæ perducant eum prope ad angelorum naturam, qui vero eſt vulneratus à Diabolo, inuenit ibi cibos medicinales, & ſalutem per pœnitentiam. *Chryſ. ſuper Matth. c. 24.*

Qui ſunt in Chriſtianitate, conferant ſe ad ſcripturas, quia nulla alia probatio poterit eſſe veræ Chriſtianitatis, quam ſcripturæ diuinæ. *in Matth. hom. 49.*

Si quis eorum, qui dicuntur habere Spiritum ſanctum, dicat aliquid ex ſeipſo, & non ex Euangeliis, ne credite. Manes dicit, quod Sol & Luna opifices ſunt. Vbi legiſti hæc? Ex quo non legit hæc ſcripta, ſed à ſeipſo loquitur, manifeſtum eſt, quod non habet Spiritum ſanctum. *idem de S. & ador. Spirit.*

Si quid vel diſcere, vel ignorare opus ſit, in ſcripturis diſcemus. *in 2. ad Timoth. hom. 9.*

Cuncta, quæ tradita ſunt per legem, per Prophetas, per Apoſtolos, per Euangeliſtas, ſuſcipimus, cognoſcimus, veneramur, nil vltra illa perquirentes. *idem lib. 1. c. 1.*

Omnis latitudo ſcripturarum in Oratione Dominica & Symboli breuitate concluditur. *Iſidor. lib. 1. de ſummo bono.*

Geminum confert donum lectio ſanctarum ſcripturarum, ſiue quia mentis intellectum erudit, ſeu quod à mundi vanitatibus abſtractum hominem ad amorem Dei perducit. *ibid. li. 3.*

Quanto magis quiſque in ſacris eloquiis aſſiduus fuerit, tanto ex eis vberiorem intelligentiam capit. *ibid.*

Quid prodeſt in mundanis proficere doctrinis, & marceſcere in diuinis? caduca ſequi figmenta, & cœleſtia faſtidire myſteria. Cauendi igitur ſunt tales libri, & propter amorem ſanctarum ſcripturarum vitandi: qui exterius eloquentia verborum nitent & interius vacui virtutis ſapientia manent. Eloquia autem ſacra exterius incorrupta verbis apparent, intrinſecus autem myſteriorum ſapientia fulgent. *ibid. libris gentil.*

Patet, quod ſcriptura ſufficienter continet doctrinam neceſſariam viatori. *Scotus in Lombard.*

Nihil in hac vita dulcius ſentitur, nihil auidius ſumitur, nihil ita mentem ab amore mundi ſeparat, nihil ſic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem excitat & adiuuat ad omne opus, & ad omnem laborem ac ſtudium ſacræ ſcripturæ. *Hugo lib. de anima.*

Ad ſacræ ſcripturæ cognitionem opus eſt intima compunctione, potius quam profunda inueſtigatione, ſuſpiriis, quam argumentis, crebris gemitibus, quam copioſis argumentationibus, lachrymis, quam ſententiis, oratione, quam lectione, gratia lachrymarum, quam ſcientia literarum cœleſtium potius contemplatione, quam terreſtrium occupatione. *ibid.*

In refectorio ſacræ ſcripturæ tres menſæ, id eſt, tres intellectus diuinæ ſcripturæ ponuntur, videlicet, hiſtorialis, myſticus & moralis. Prima menſa ſimplicibus, ſecunda doctoribus, tertia communis eſt vtriſque. In prima cibus eſt groſſior, in ſecunda ſubtilior, in tertia dulcior. Prima continet ſaporem exemplorum, ſecunda vim myſteriorum, tertia dulcedinem mo-

rum

rum. Prima paſcit miraculis, ſecunda figuris, tertia verbis. *ibidem libro* 3.

In ſacra ſcriptura quicquid docetur, veritas, quicquid præcipitur bonitas, quicquid promittitur, felicitas eſt. Nam Deus Veritas eſt ſine fallacia, Bonitas ſine malitia, Felicitas ſine miſeria. *ibid.*

Vere coruſcus liber Pſalmorum, ſermo lampadis, cura ſauciati cordis fatuus interioris hominis, occultarum lingua virtutum, quæ ſuperbos humilitati inclinat, reges pauperibus ſubdit, affabilitate paruulos nutrit. *Caſsiod. ſup. Pſal. in prologo.*

Schola cœleſtis, eruditio vitalis, auditorium veritatis, diſciplina certiſſime ſingularis, quæ diſcipulos occupat ſenſibus fructuoſis nō inanium lenocinatione verborum. *Idem ſuper Pſal.* 15.

Alleluia, huius verbi tantus honor eſt, vt cum ſit in Hebræa lingua reconditum, nullo tamen conſtet alio ſermone translatum: hoc tenet cuncta natio terrarum: & quicquid eſt deditum Deitati, dignitatem huius nominis pia deuotione veneratur. *Super Pſalm.* 147.

Recurrendum eſt ad ſolas ſacras ſcripturas, vt vitam æternam adipiſcamur. *P. de Alliaco in ſent.*

Scurrilitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

SCurrilitas, Græce βωμολοχία, ας, ἡ, & βωμολόχοι, ſcurra dicitur. Eſt autem ſcurrilitas iocularitas, ex defectu rationis non volentis cohibere geſtus exteriores. *ſecund. B. Thom. ſecunda Sec. q.* 148. *art.* 6. *c.* 2. Turpis & procax dicacitas dici etiam poteſt ſcurrilitas, quæ neque locum, neque tempus, neque perſonas reſpicit, ſed impudenter effutit quæ ſtultis riſum, ſapientibus dolorem excitant.

Scurra is dicitur, qui magis quam oportet riſum mouet, & oneroſus eſt. Nam riſum ſecutus magis cogitat, quemadmodum mouere illum queat, quam quemadmodum honeſte loquatur, ne quemquam offendat. *ſecund. Ariſt. lib* 4. *Ethic.*

Scurrilitas differt à ſtultiloquio: quia ſcurrilitas refertur ad laſciuiam affectionis: ſtultiloquium vero ad indiſcretionem rationis. Et proprie accepta eſt filia luxuriæ. De hac Paulus ad Epheſ. 5. *non nominetur in vobis turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, id eſt nullius eſt vtilitatis. ex Ale.* 3. *tit. eod.*

Scurrilitas pertinet ad verba ratione inhoneſtatis. Multiloquium vero ratione ſuperfluitatis. *ſecund. B. Thom. ſecund. Secun. qu* 35. *art.* 5.

Scurra à ſequendo dici videtur, quod domos diuitum ſequatur, & eſt, qui riſum ab audientibus captat, non ſalua dignitate perſonæ: à ſcurra dicitur ſcurrile, quod eſt ridiculum cum turpitudine, & ſcurrilitas turpis, & procax dicacitatis, & ſcurriliter procaciter.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquiū, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio. *Epheſ.* 5. *v.* 4.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Scurræ & importuni ſunt, qui ridiculis excidunt adeo, vt ſtudeant potius mouere riſum, quam honeſte loqui, & dolore eum non afficere, quem cauillantur. *Ariſtoteles quarto Ethicorum, capite ſeptimo.*

Scurra eſt, qui cuncta, & omnino ineſſendum eſſe exiſtimet. *Idem mag. mor. c.* 28.

¶ SIMILITVDO.

Thriueri, Quemadmodum corpus ineſcatur variis condimentis, Sic animus intoxicatur ſcurrilibus iocis, & laſciuis cantilenis. *in apoph.* 33.

Vide, Ludus, Stultitia.

Seculum.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

SEculum proprie tempus & ætatem ſignificabat longam, quam æuum dicimus, & per ſyncopen ſeculum dicimus. Vnius hominis ætas: & aliquoties ſpatium centum annorum. A ſeculum fit ſecularis.

Secularis, Græce βιωτικὸς, ῦ, ὁ, & αἰὼν, ῶνος, ὁ, æuum dicitur. Seculum nihil aliud eſt, quam periodus cuiuslibet rei, pro quo aliquando ponitur æuum vel æuiternum. *ſecundum B. Tho. prima par*[...] 10. *art.* 2.

¶ LOCI BIBLICI.

Seculum, Græcis αἰὼν, Hebræis *olam*. *Primo*, interdum ide[...] clarat, quod à condito mundo. *Actorum* 3. 21. *Secundo*, interdu[...] æterno, ſeu tempus perpetuum & æternum. *Geneſ.* 9. 12. *Pſal*[...] *Tertio*, interdum non perpetuum, ſed longum temporis ſpa[...] gnificat, aut multum, *Exod.* 21. 6. *Deuter.* 15. 17. vbi ſignificat[...] quod vſque ad annum Iubilæum, vt patet ex *Leuit.* 26. *v.* 39. 4[...] *Ierem.* 2. 20. *Quarto*, interdum tempus vitæ alicuius, *Pſal.* 8[...] 119. 32. Capitur etiam ſeculi vxor pro deprauatiſſima illa ho[...] vita, & miſerrima conditione extra Chriſtum. 2. *Corint.* 4. 4[...] gnificatione ſæpe ſolet mundi & tenebrarum nomen vſurpari[...] hominibus etiam non renatis capitur, *Rom.* 12. *v.* 2. ad domu[...] culi. *Eccl.* 12. *v.* 5. id eſt, ad ſepulchrum, quod eſt domus, in qua[...] tatur in ſeculum.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Non mediocre periculum eſt, quum habeas tanta eloquia[...] DEI opera, quæ fecit, illis prætermiſſis loquaris, quæ ſeculi ſu[...] dias quæ ſeculi ſunt. Incumbit virtuti ſeculi, qui deſperat de[...] torio Dei. *Ambr. in Pſal.* 118.

Hunc mundus accipit, qui ad deſideranda inuiſibilia non[...] Seculares enim mentes quanto magis foris per ſecularia de[...] dilatant, tanto magis ſinum cordis ab eius receptatione ang[...] *Greg. li.* 4. *mor.*

Sicut homo graues habens oculos melius in loco te[...] quam in ſole poſitus videt: ſic homo terrenus in terrenis c[...] tus, & in ſpiritualibus cœcus. *Chryſ. ſuper Matth.* 6.

Hi ſunt martyres ſeculi, mundi profeſſores, diſcipuli ce[...] lites eloquii, per multas ſiquidem tribulationes intrant[...] gnū cœlorum: hi autem per multas tribulationes promer[...] ternum. *Petr. Rau.*

Vide, Aetas, Tempus.

Securitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SEcuritas, Græce, ἀσφάλεια, ας, ἡ, & ἀσφαλὴς, έος, ὁ, ἡ, ſecur[...] tur. Eſt autem ſecuritas, perfecta, quies animi à timore, *ſe*[...] *B. Thom. ſecunda Secund. q.* 129 *art.* 7.

Securitas opponitur timori, priuatiue tamen. Audaci[...] ttari e. *ſecundum eundem prima Secund. q.* 45. *art.* 1.

Securitas non eſt idem quod fortitudo, ſed eſt conditio[...] magnanimitatis, ſi fit, quando, & in quibus debet. *ſecund. eun. ſe*[...] *cunda Secund. q.* 129. *art.* 7.

Securus dicitur, quaſi ſine cura, quaſi ſeorſim à cura[...] quando pro contemptore accipitur. Virg. *Securus amorum*[...] *næ*. Hinc ſecure aduerbium, & ſecuritas, tranquillitas & qu[...]

¶ BIBLICI LOCI.

Securitas nimia cauenda, *Prou.* 28. 14. ſecuritas Satanæ a[...] tefacit, *Matth.* 12. 44. vbi ſecuritas & otium videntur alleg[...] ſignari, quorum illa aditum Satanæ patefacit, iſtud aute[...] iam ad ſe vltro allicit. Securitas vera ex legis obedientia[...] 2 *Paral.* 20. 20. ſecuritas mentis optima, *Prouerb.* 15. 15. ſecu[...] bus promiſſa, *Leuit*, 25. 18. & 26. 6.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Senti de Auguſtino quicquid libet: ſola me in oculis[...] entia non accuſet. *Auguſt. ad Secundinum Manichæum,*[...] 3. *c.* 4. *Senti.*

Nemo ſecurus debet eſſe in vita iſta, quæ tota tentatio[...] tur, vt qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam[...] deterior. *Auguſt. lib.* 16. *confeſſ.*

Nemo ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt inuitus ami[...] tatem autem atque ſapientiam nemo amittit inuitus. *De*[...] *lib.* 2.

Nunquam ſecurus cum theſauro lato tenetur incluſu[...] vnam cauernam habitans cum lupo tutus eſt agnus.[...] penetrari, qui hoſtem proprium in ſuas partes induxit, &[...] ſibi gladium ipſe ſupponit, qui locum habitationis ſuæ[...] ingreſſibus reſerauit. *Hier. de cohab. cler. & mulier.*

Sæpe mens, dum virtutis ſuæ ſecuritate reſoluitur, inſidi[...] uerſario inopinatæ culpæ telo perforatur, & inde à Deo in[...] longe fit: vnde ei ad tempus ſine cautelæ cuſtodia pro[...] *Greg. in Mor.*

In caſſum munita ſunt cætera, quum locus vnus, de quo[...] tet aditus, non eſt munitus. *ibid.*

Sæpe quem tentationis certamen ſuperare non valuit[...] rius ſecuritas ſtrauit. *in Moral.*

Debet in ſpe eſſe ſecuritas, ſed etiam timor in conuerſ[...] illa certantes foueat, & torpentes pungat. *ibid.*

Quibuſdam ſæpe magnitudo virtutis occaſio fuit per[...] vt cum de confidentia virium inordinate ſecuri eſſent, p[...] gentiam inordinate morerentur. Mater enim negligen[...] eſſe ſecuritas. Videndo ergo meretricem, id eſt, Magdal[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN